

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Mirabile siue miraculum r
cum fonte primo

Miracula

in signum sunt non fidelibus sed infidelibus quia signum fidelibus non est necessarium qui iam crediderunt, sed infidelibus ut conuertantur. Nam Paulus pro non credencium infidelitate patrem Publi de infirmitate februm uirtutibus curat, infirmantem uero Thimotheum fidelem non oratione sed medicinaliter temperate ut noueris miracula pro incredulis non pro fidelibus fieri.

Ysidorus libro I. de summo bono.

Iam in fide miracula quicumque requirit, uanam gloriam ut laudetur quaerit.

Scriptum est enim: *Linguae in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus* (1 Cor. 15:22). Ecce signum non est fidelibus necessarium qui iam crediderunt, sed infidelibus ut conuertantur. Nam Paulus, pro non credentium infidelitate patrem Publii de infirmitate februm uirtutibus curat; infirmantem uero Thimotheum fidelem, non oratione sed medicinaliter temperat, ut noueris miracula pro incredulis, non pro fidelibus fieri.

Isidorus Hispalensis, *Sententiae*, 1, 24, 3 (CCSL 111, P. Cazier ed., p.78, ll.13-21).